## LECTIO QUINTA

A RÓMAI ERÉNY

C. Mucius, adulescens nobilis, senatum adit. "Transire Tiberim" inquit, "patres, et intrare castra hostium volo, non praedo nec populationum ultor; maius si di iuvant in animo est facinus." Adprobant patres. Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibi scribam pro rege obtruncat. Ante tribunal regis: "Romanus sum" inquit, "civis; C. Mucium vocant. Hostis hostem occidere volui, nec ad mortem minus animi est, quam ad caedem; facere fortia Romanum est. Hoc tibi iuventus Romana indicimus bellum."En tibi, ut sentias quam vile corpus sit iis qui magnam gloriam vident"; dextramque in foculo inicit. Porsenna pacis condiciones ultro tulit Romanis.